


M. Lubin



B. R. J. *[illegible]* 2
B35'

3852

15.

38

IVII^oCIW MXXII D
MDCXXXII

3.500

Antique

ARA CONNUBIALIS

Sacro Nuptiali

Sponsorum Florentissimorum :

Nobil. Clariss. & Consult. Viri

D. N. IOHANNIS
HUBRIGII OLSNA-SILESII

Illustrissimi atq; Celsissimi Principis ac Domini, Dn. HEIN-
RICI WENCESLAI, Sac. Rom. Imp. Princip. Ducis Munsterber-
gensis, in Silesiâ Olsnensis & Berolstadiensis; Comitis Glacensis, Domini in Stern-
berg: Jaishvitz & Mesibor: SAC. CÆSAR. MAJESTATIS Consiliarii
Bellici, Camerarij, Belli Ducis, & per utramq; Silesiam SUPREMI CA-
PITANEI, &c. Consiliarij Sponsi:

NEC NON

*Nobilissima, Virtutumq; Elogiis Com-
mendatissima Virginis*

SUSANNÆ MARGA-
RETHÆ,

Nobilissimi, Strenui, & Spectatissimi VIRI

Dn. FRIDERICI SCHMIDMAIERI, PATRITII

Norimbergensis, & celeberrimæ Reipubl. Patriæ Capitanei
bellici laudatissimi Filiae SPONSÆ Moresillimæ :

In Liberâ Sac. Rom. Imp. Norimbergâ,

Ad diem XXIV. m. Julii celebranda

Anno, quo

Iohanni HVbr Ig Io sô Clat Vr SVsanna Margaretha

Honoris, congratulationis, & boni auguris ergo publicitus ex-
tructa, à Fautoribus, Adfinibus & Amicis, atque
mata Norimbergæ



Wyższa Szkoła Pedagogiczna
w Bydgoszczy
Biblioteka Główna

5776



I.

Clariss. & Consultiss. Viro

Dn. Johanni Hubrig. Jur. Ut. Cto. Monsterb.

Berolstadiens. Consiliar, affini

Chariss.

*De suscepto itinere, & conjugij fœdere jucundo
gratul. & bene prec.*

Ante quod in Votis, Hubrigi, quando redibas,
In patriam, Comes ut sit tibi sponsa, viæ,
Hoc nunc in fatis, dum Sponsam adducere pergis
Uxorem, celebris quam Noribergera dabit.
I felix : iter inceptum fors nulla retardet ;
Ex voto cedant fœdera conjugij.
Et salvus redeas cum conjugee, non remoretur
Jam rediviva quasi gaudia vestra dolor.
Vivite felices, concordēs vivite, in annos
Multos, & multâ prole replete Domum.

*Georgius Gerhartt. J. C. Sereniss. P. P. Mon-
sterb. Consiliar. Cancellar. Olsn.*

II.

Margarita

Mira-Grata.

Sponse, Susanna tibi est & grata & mira, novelle,
Margaris, atq. tuo chara & amica toro.
Hanc invenisti Noribergeræ, in Slesidos oras
Sed nunc felici sydere ferre paras.

*Sit tibi grata magis, sit mira magis, Susanna,
Margaris; Elyso crescat & inde solo!*

Deproperab. Breslæ
Reinhard Rofa in Rosenigk
V. I. D.
Comes Palatinus Cæsareus: S. Imperat.
Majestat. & Illustriff. Lignicenf.
Ducis Consiliarius
Ducatus Vratisl. Cancellarius
& Reipubl. Syndicus.

III.

S*lesus* es: oblatumque à Principe, temperat orbem
Qui *Slesum* augusto nomine, munus adis,
Et *Slesæ* amplexus tamen idem virginis horres:
Præque tibi patriâ *Norica* nympa placet.
Quid dicam? an flammis hæc aptior urere blandis?
Et magis ad licitos obsequiosa jocos?
Vixputo. Fata regunt homines: moderantur amores
Fata piôs: thalamis nec DEUS auctor abest.
Hoc auctore capis, quod amas, quod amabis, HUBRIGI.
Fac, quod te Genius, quod jubet ipse DEUS.
Auspicii ordire bonis nova gaudia: nexu
Perpete corda fides intemerata liget.
Sentiat esse virum te crebrò exercita conjux:
Formosâ & faciat prole subinde patrem.
Conjugij, potior nimirum hic finis: adæquè
Norica quem præstet, quàm tibi *Slesæ* Venus.

*Nicolaus Henelius V. J. D. Sacr. Cæsar.
Majestatis Consiliarius, nec non Du-
catus Monsterbergici ac Ter-
ritoriij Francosteinensis.
P^{ro} Cancellarius.*

IV.

HUBRIGI thalamo & sparte bona maxima multa
 Versiculis paucis comprecor atq; malis.
 NORICABERG A ingens tadis & honoribus auctum
 Ocyus incolumem reddat eum ARCTOPOLI.

M. Georg. Kirstenius Illust. Duci Mon-
 sterb. Supremo Sil. Capitaneo & concio-
 nibus primar. Eccl. Bernstadiensis, pastor
 & Ducatus Olsnensis Superint.

V.

EST de monte Tibi, nec non de ponte sublimi,
 HUBRIGI nomen? seu sit ab alterutro,
 Summa tenes. Apicem Parnassi transvolitasse,
 Quin Juris pontes, Te superasse patet.
 Montes Te magnum, pontes sed jus per Utrumque
 Te ostendunt planum; tertium & adjiciam?
 Sunt raro montes sine fontibus; & sine, pontes,
 Fluminibus; fontes & sine Acidalia,
 Ductrice, ut calcas hoc tandem fonte, SUSANNA
 A monte ad fontes, hinc vel eò ire potes.
 Quid, ponamus Equos post currum? copula primum
 Adsit, tum possunt ista vel illa sequi.
 Non nisi cum grano salis hæc dicuntur: & hoc ut
 Omne loco fiat, tempore & omne suo,
 Montes & pontes generis sint roboræ vestri:
 Sint fontes vestri delitiæque tori.
 Atque polum atque solum jungebat ut antea amantes
 Unum: aliud junctis est polum ita atque solum.
 Lilia, Margarides, Christi quia gratia & ornant
 Vestrum propositum, nec minus Officium

Vestra domus satis & munita est montibus, atque
Pontibus, atque boni fontibus innumeris:
Et promant lepidæ, cœlestia Numina Bigæ
Quæ mentem exhilarent, gentē etiam amplificent:
Provehat & *Sponsi* quod cœptum provehat omnes
Atque operas *Sponsæ*, vel quod uterque volunt,
Siquid adhuc etiam votis plausibile nectas:
Quale sit, hoc vobis centuplum & eveniat!
Et sic hoc vestrum, fontes, laudabile, pontes,
Et cingant montes, Undique *Conjugium*.

ALIUD.

Forsan ubi Podagrâ lectissimus audio: *Sponsâ*
Pyropoli gaudes celebri quoq; *JANE*. Ita es ergo
Jam bigamus, duplicem & venaris amoris honorem,
Virginis unius non es contentus amore?
Quam sortiris ibi *Sponsam*, non *Norica* tollet:
Invidet hanc etiam ceu non *Tibi Slesica* tellus.
Istis quin inter se convenit optime utring;
Gratulor ergo *Tibi* de *Sponsâ* totus utraq;
Altera Lucina, *Themidis* data & *altera Sacris*:
Aut libet ad quales adducta remittere *Classes*.
Utraq; & hac cornu sat divite prodeat olim.

Honoris ergo scribe.

Adam Schvemm. Illustr.
Duc: *Monsterberg*: & *Olsn*:
Confiliarius.

Cl-

VI.

Clarissimo & Præstantissimo Dn. Spon-
so, iter ad Sponsam suscipienti, & nuptias
Noribergæ celebranti.

TO Edis, digna, novis, adorno vota,
 Salve, SPONSE, tuæ, reperte, SPONSÆ,
 Salve, SPONSA, tuo, reperta SPONSO,
 Lis absit thalamo, fides sit UNA,
 Sit Mens una duobus, unus ardor,
 Multâ prole cubile dulce vernet,
 Et pax in Patriâ resurgat alma,
 Tellus Norica, quam subinde sperat.
 PLURA non poteram politiore
 Longiorêque jam vovere metro,
 Vitam quæ faciunt beatiorem.
 Summa sit brevis, hæc mei Phaleuci:
 I, Salyusque redi POLITE SPONSE.

Affini & Amico honorando, gratula-
tus adposuit

M. Georgius Seidelius aulæ &
 Civitat. Olsnensis Pastor
 Primarius.

VII.

Ad celebranda Hymenæa
Noricum euntem.

Virum Clarissimum

Dn. JOH. HUBRIGUM ILL^{mi} Proregis utrius-
 que Silesiæ, Consiliarium dignissimum,
Quem πολύτροπον nominare possumus

Ut ULYSSEM nominavit HOMERUS:

quia

Πολύων ἀνθρώπων ἴδεν ἄσπετα καὶ νόον ἔγνω ,

Intimo amore & honore prosequitur.

Vellem equidem; deberem etiam contendere totis
Viribus, inq. Tuas versu animare, *FACES*
Istas nempe *FACES*, queis ureris, atq. *SUSANNÆ*
MARGARIS internas uris, *HUBRIGE*, fibras:

Sed Mentem omnem animi & cerebrum, cheu funera costæ
Concußere mihi disq. tulere mihi!

Non sum ille Albertus plus; cui tam prona facultas,
Et dulces elegos & dare verba jocis.

Mors inopinam ex Reginæ conjugis, inquam,
Abstulit ab venam, surripuitq. metrum!

Sit votum: felix redeas Bernstadium, ad aulam.
Sit gaudere animo, gaudia vestra, meo.

In acerbissimo luctu planxit

Mæstissimus,

Christophorus Albertus, D. ejusd.

Illustr. Proregis Consiliar. & Me-
dic. Cubicularius.

VIII.

Propempticum Nuptiale.

Viro Nobil. Clarissimo Consultiissimo, &c.

Dn. JOANNI HUBRIGIO IC^{to}. Consiliario Mönsterb.

Olsnâ Silesiorum Noribergam, ad complenda gau-
dia Nuptialia cum Nobilissima & lectissima Vir-
gine Susanna Margaretha Schmidma-
era. Patr. Norica prope-
ranti.

Siccine nunc *Noricas* stat firmum visere *Nymphas*
Hubrigi, & pactam tollere *Schmidmaëran*?

Cur

Cur non Galla magis, non Slesia venusta, vel Angla,
Ubere vel præstans lactea Belga placet?
Scilicet in fato causa est; *Junguntur Amantes*
Cælitus, & thalamum construit Ipse DEUS.
Sic dotes quas Galla habet, *Angla, Silesiaq, Belgag,*
Unica, quam tribuunt, *Norica, fata*, dabit.
Ergò age carpe viam, gressus Tibi Jova secundet:
Quemq; paras Thalamum gratia Diæ beet.

Deprop.

Et animitus volebat

Paulus Friedlandt Consiliar.
Monsterbergicus Aulae Olsnens.

Anagr. Elisa aspir.

Ex Sponsorum Nominibus
Non sine bonis Ominibus.

JOANNES HUBRIGIUS CONSILIARIUS MONSTERBERGI-
CUS. SUSANNA SCHMIEDTMAIERIN

An noctis? Conjuges hi remedium sibi nanciscuntur
Gremia sana, Risus, Liberos.

*Quod occupationibus aliis exclusus:
Pedibus includendum, & metro dulcissimo
elaborandū Consultissimo Dn. Sponforelinquit,
& O BONUM FACTUM! acclamat.*

Idem Amicus P.F.

IX.

Quando TIBI NORIS despondet FRANCA PUELLAM
NUMINIS auspiciis, OPTIME SPONSE, bonis;
Quam PIETAS animat, quam culta MODESTIA laudat,
Quam CHARIS & GENERIS publicus ornat HONOR:

B

Hæc

*Hæc gamicis volui votis adungere vota,
Et dare de penitis efflua verba, fibris:*
*SPIRITUS atherei qui FOTOR & Altor amoris,
Accendat flammis corcula vestra suis,
Quæ vorvet OMNI-POTENS benedicto Numine FOTOR
Pectora, Tristitia non ea tangit Hyems.*

Ad fin. & Spons. novellis pro honore &
amore deproperabat Breslæ Silesior.

*Matthaus Thomas, Illustriss.
Ducis Monsterberg à-Olsnensis
Consiliarius.*

X.

Ad inclytam Rempub. NORIBERGENS.

Consilio, NURNBERGA, tuo caret OLSNA fideli
Nostra, probatque VIRUM qui petit Auxilium.
Tu sibi, pro solitâ Antiquâ VIRTUTE, FIDEQUE;
Auxiliatrices porrigis una manus;
Dum, quæ Pacis erunt, depromis. GRATIA præsto est,
MARGARI-LILI-gerum suscipit alta Torum;
Quem Faber ille Tu-Balkain construxerat olim:
Cujus erant capti Marsque Venusque dolis.
O Capiantur adhuc Venus improba, Marsque scelestus,
Reticulis Fabri, Norica Berga, tui.
Tuque DEUS magni MAIOR FABRICATOR Olympi,
Conserva PROCENES Pacis, & Artis opes.
Daque novis Nubtis, & qui nascentur ab ipsis,
Pace-perenni-fluos ire redire dies!

Pro novis Honorib. & Amorib. SPONST

f.

Abraham von Franckenberg.

Novo

XI.

Novo Consiliario

Novo Sponso

Dn. JOHANNI HUBRIGIO, Viro nobili &
consultissimo Adfina meo honorando.

Qui sacra, Musarum studiosè castra, secuti,
His Virtus tandem premia digna parat,
Hinc Themis atq; Venus Vir consultissime, certant
Te quoq; muneribus, condecorare suis.

Illa tibi meritò juris concessit Honores
Hæc Sociam, socij donat habere thori.

Principis excelsi sis Consiliarius inquit,
Una, novus mihi sis Altera, Sponsus, ait.

Pondus utrum majus reputes? bene noveris Ipse.

Grator utrumq; Tibi Sponse tot aucte, bonis

Sit Munus duplex faustum, nunc dirige fanis
Consiliis Forum, Proleque comple Thorum.

Deproperabat animitus
tamen vovebat,

Johan. Heinnitz in Saprashin.

Illustriss. Ducis Munst. & Olsnensis

Secretarius.

XII.

ET Themis atque Venus certabant tempore longo
Hujus an illius fors foret *Hubrigius?*

Ambæ ex insidiis stabant, prior & Dea Cypris

Sit mihi, ait pugnae Norica terra locus.

Dixit & affecit dulci mox vulnere pectus,

Illeque dat victas corde lubente manus,

Hoc Astræa videns, Me, dixit Slesica tellus
Victricem faciet, constituetque novam.
Namque locabo Virum præclari Principis aula
Per lucem totam totus eritque meus:
Afferat illa sibi noctu, Sic utraque victrix
Jam parat Hubrigio vela secunda suo.

Sincera gratulationis ergò f.

Christophorus **Freywald** Lib. Ba-
ronat Milicensis Cancellarius.

XIII.

Dulce bonum pacis, *HOVA* donante beârat
ELYSIAM nostram, ut pluribus innotuit,
Quippe puellarum pulcherrima copia traxit
Externos, nostra est splendida visa Venus,
Exofas nostras reddit privatio pacis,
Exotica ut nostris anteferenda putent.
Heu verum est: bellum si dixeris, omnia bella
Non sunt, sed verum dixeris omne malum.
HUBRIGI postquam studiorum Culmina felix
Scandisti, felix invenienda Venus,
In patria fuit en tibi: sed te Norica traxit
Elysiis nostris anteferenda Venus.
Sit felix iter hoc, tanto conamine dignum
Et faveant Veneri Sydera celsa tua.

Honoris ergo Olsnæ Sil, adscripti

Bartholomæus Willenberger
de Willenberg, V. I. D.

XIV.

SI cuiquam pietatis amans adiungitur uxor,
 Lætificet Sponsi quæ cor amore suo.
 Colligo, te doctas voluisse fideliter artes;
 Quî frangas, veniat quod Tibi cunque mali,
 Qua propter sociam cum jam tibi jungis amoris,
 Pectore quæ pellat tristitia quæque tuo,
 Ergo Tibi, Sponsæque Tuæ, precor, omnia Summus
 Det Deus in multos læta videre dies.
 Hæc precor, & quoniam thalami prece flectitur Auspex,
 Evenient votis omnia læta tuis.

*Ad declarandam erga Dn. Ad finem observantiam
 & amorem affectu deditissima vovebat*

M. Johan. Paricius, Breslæ, quæ Metro-
 polis est Silesiæ ad D. Mariam Magdale-
 nam Archi-Diaconus & Senior,
 ætat. 67.

XV.

----- Hubrigi
 Ad Spönsam felix ito, redito, tuam.

Hochzeit Gedicht.

BErr Bräutigam sage mir / sage mir auch Bräutelein /
 Wie mancherley die Lieb / vnd derer Kinder seyn ?
 Es liebet mancher wol / weiß aber nicht warum /
 Vnd wie er lieben soll / diereil die Lieb so thumb /
 Vnd so verblendet macht / daß er sich auch verliebt /
 Daß Ihm nicht werden kan / sondern vielmehr betrübt /
 Der liebet einen Zitsch / ehrt ihn als den Gott PAN,
 Ein ander einen Grosch / schwürt / es wer selbst DIAN.

Manch junger Cavallier, liebet ein altes Weib /
 Vertrawt ihr was er hat / auch wol sein jungen Leib /
 Widrumb ein altes Weib liebt einen Cavallier,
 Stellt ihm mit Gold vnd Geld / tränckt ihn mit Malvasier /
 Daß sie ihn nur erhasch / wann sie zusammen kommen /
 Ist beyder ihre Lieb / stetig Gesänck vnd Brumm /
 Die Brach dessen ist / daß sie beyde nicht wissen /
 Des Feners vnd der Schmitz der Venus zu gemiss /
 Dann wann Cupido bloß vnd Venus Fener Schmitz /
 Da wird nichts anders drauß / denn entel entel Lieb /
 Kompt mancher unversehns vor solche Schmitz gan /
 Bleibt ihm ein Füncklein Weib an seinem Halse hang /
 Venus die läßt geschehn / Cupido spricht dergleichen
 Mein Bogen vnd mein Pfeil sollen dich wol erreichen /
 Der Wahrn sind mancherley / die sich verstecken müssen /
 Vor ihr selbst eigen Geld / doch schlechter Lieb gemiss /
 Weilm aber jederman sich vber vns beklagt /
 Auch vnser Schmitz arbeit oft vielen nicht behagt.
 So geh vnd sag ich an Herr Zubrigen mein Schmitz /
 Vnd Fener / so ich ihm zu Nürnberg wil vermitteln /
 Der Bund ist aber diß / daß einer soll an baarn
 Zahln von Schmitz Fener in dreyen viertel Jahr.

Wengel Lieben von vnd vff New-
hoff vnd allen Zeiligen.

XVI.

Sponso Clarissimo,

Amico meo suavissimo

INter *Mavortis sonitus, Erebig, tumultus,*
Non horres sancto subdere colla iugo.
Scis etenim diri quod Martis spicula dura
Non tollant sancti fœdera conjugij.
Ergo fidenti nunc vota sacrata sacrati
Conjugij subeas, corde animoq, pio.

Præsto

*Præsto erit ipsa DEI bonitas, quæ fallere nescit
Fidentem, mala quæ vertere cuncta potest.
Ut vertat mala cuncta precor, faciat quæ refertur
Non sine prole torum, nec sine sole domum.*

Inter dolores Chiragricos apponebam
Jacobus Scheffrichius Præposi-
tus Olsnensis.

XVII.

Nobilissimo & Consultissimo Viro

Dn. JOHANNI HUBRIGIO, Consiliario
Munsterbergensi & Berolstadtensi di-
gnissimo

SPONSO felicissimo

Amico & Compatri suo longè dilectissimo

Non opus est votis. Nam voto optatius omni
Apta Tibi nuptum NORICA VIRGO datur.
Hæc decorata pio virtutum incedit amictu,
Ingenio & vultu, blanda, pudica, suo.
Una illi tecum mens est, eademque voluntas,
Ingenui & casti pectoris unus amor.
Non sunt divitiæ tanti, quas Lydius Hermes,
Splendida vel Cræsi divitis aula tulit.

Si tamen instanter votum cupis atque precaris?
Non moror! Ingenuâ hoc dexteritate dabo.

Sit Tibi Conjugium cum SPARTA tale benignum
Quale mihi venit, sorte favente, meum.

Una salus ambobus erat commune periculum,
In *Studiis* quondam; fiat & in *Thalamo!*

PAX PIETAS, FORTUNA Torum, Spartamque Domumque
Ornet, Alat, Decoret, Prole, Salute, Bonis.

Quod

Quod si non satis est voti? Majora precentur,
Lumina SAUBERTUS, NORICA, CORNELIUS.
Addo WELHAMMERUM Cathedræ prænobile fulcrum :
Hi precibus poterunt vincere, crede, DEUM.

Propempt.

Ad Ampliſ. Dn. Sponſum.

Magnâ precor precum vi
Ad NORICOS Penates
Ut properes JEHOVÆ
Et Angelis Viai
Sanctiſſimis miniſtris!
Ceſu RAPHAEL Tobiam
Te ducat & reducat
Lectiſſimamque SPONSAM
Pede ſalvo & herclè dextro

Ad Nobiliſ. Dn. Sponſam.

SUSANNA MARGARETHA
Ad Slefidos Penates
Te vult abire JHOVA
Ex Urbe NORIBERGA:
Noli tibi timere,
Eſto memor REBECCE,Æ,
Veni Deo jubente,
Cœleſtibus miniſtris
Eſ ſepta cum Marito

*In Synodo Œſtivali
An. 1637.*

*Ita ex animo Vovet
David Bohemus
Illustr. Pr. Monſterb. & Berol-
ſtad. à Sac. Conc. Eccl. Vielgutentiſ
Corſlicentiſ & Stronnenſis Pa-
ſtor, Rev. Preſbyterij
Ols, Sen.*

XVIII.

ILle opifex rerum, qui ſacra jugalia ſanxit.
Inque unâ juſſit vivere carne duos.
Ille inquam, ſine quo fauſtum nihil auſpice cedit,
Adſit & has vanas non ſinat eſſe preces:
Vivite felices, Concordi vivite mente,
Sponſaque ſit Sponſi fida marita ſui.
Hoc Deus ipſe jubet thalami ſervator & autor
Hocq; volunt caſti fœdera ſancta thori,

Ut

Ut duo corporibus vivant: sed mentibus unus.
Vir colat uxorem, femina culta virum.

Michael Försterus Ecclesiastes
aulicus Berolst.

XIX.

CENTO POETICUS
merè VIRGILIANUS.

TE simul urit AMOR (quis enim modus adsit amori?) *Eclog. 2.*
HUBRIGI, tandem es VENERIS quoq; percitus œstro?
Res quàm mira mihi, verum non mira SUSANNÆ
MARGRETHÆ, cujus dudum tibi cognita Virtus.
Est res mira mihi, quoniam nunc subdola verba,
Emergunt SPONSÆ, queis olim QUÆSTIO nostra
Confutabatur, tacito medicando dolorem
Antidoto: fucum veri fingebat AMORIS,
Nunc hûc ingentes nunc illuc pectore curas *Æneid. 5.*
Mutabat, se dignam indigna pati simulabat, *Æneid. 12*
Non ignara tamen voti, non inscia flammæ: *Æneid. 1.*
Nonne hæc sunt technæ? sed non ego credulus illis
Tunc aderam, retinens quod ab illo tempore, CHARO *Eclog. 9.*
Omnis in HUBRIGIO CHARÆ stet cura SUSANNÆ. *Æneid. 1.*
O factum lepidum! constans exemplar amoris!
Per varios cursus, per tot discrimina rerum, *Æneid. 1.*
Tenditis in thalamum, fidei vos corcula bina,
Credite, forsan & hæc olim meminisse juvabit, *Æneid. 1.*
Tantus amor laudum, tanta est victoria curæ. *Georg. 3.*
Non hoc sorte datum vobis, sed ab æthere missum. *Æneid. 1.*
Mella fluant vobis, pertentant gaudia pectus *Æneid. 1. Eclog. 3.*
Et vobis longæ maneat pars ultima vitæ: *Eclog. 4.*
Durate & vosmet rebus servate secundis. *Æneid. 1.*
Ite precor SPONSÆ, nam dextræ jungere dextram, *Æneid. 1.*

C

Nunc

Gallien. Nunc datur, ac veras audire & reddere voces.
Cæsar. a- Ocyus ite precor, paritèr sudate medullis
pud Jul. Omnibus inter vos: non murmura vestra Columba
Capitolin Brachia non hedera, non vincant oscula concha,
Æneid. 10 AUDA CES FORTUNA JUVAT

Ad Florentissimam Dn. SPONSAM.

Nun glaub / wer glauben wil / ich bin gewarnt worden /
 Von einer / welche jetzt tritt in der Liebe Orden /
 Dieweil sie mich bericht, vor gar newlicher Zeit /
 Daß ihr Sinn / Herz vnd Muth zu freyen noch sey weit /
 Ja / der ihr werden solt / wer wol noch nicht geböhren /
 Mit diesem compliment fülle sie mir meine Ohren.
 Daß aber solche Red vnrecht gewesen sey /
 Besenget vnd beweist nun ihre Hochzeit frey.

Suavissimo Dn. SPONSO Cognato
 meo Desideratiff. Cordialiter accla-
 mabam Honoris ac Amoris ergò
 Olsna Silesiorum

☉ EXAUDI.

Georgius Gretserus.

XX.

HUBRIGI, quem Diva Themis, Musæq; coronant,
 Principibus possis ut placuisse viris:
 Quæ thalamo digna poterant florente videri,
 Multa puellarum millia SLEISIS habet.
 Tu tamen ac nostras si aspernarere puellas,
 Adductum sponsam Norica rura petis.
 An non jure omni tibi succensere putabis,
 Innumeras Veneres, quas Patria ora fovet?
 Sis tranquillo animo: Factum, Neonymphe, tuentur
 Argumentorum nomina plura tuum.

Nurmbergæ uxorem tibi quaris, & accipis: Ecquis
 Non Nurmbergensi Coniuge faustus ovet?
 Audit Teutonici Nurmberga mesomphalus orbis; *
 Teutonici Urbs eadem pupula clara foli.
 Inq; hac non vilem tibi seligis urbe puellam;
 Sed qua Schmidmaridum stemmate pulcra micat.
 Nomen utrumq; suis qua mirè moribus ornat,
 Margaris & verè est, Liliolumque nitens.
 Quod rectum est, facis: Et, qui tam pia facta malignum
 Sit reprehensurus, nemo, ut opinor, erit.
 Quin omnes potius gratanti pectore mecum
 Atq; Tibi, atque Tuæ seria vota ferent.
 Ito bonis avibus Nurmbergæ ad mœnia magnæ
 Schmidmaridos felix & potiùre toro.
 Hinc latus repetens ad patria tecta, reducas
 Margaridos precium, Liliolique decus.
 Hacque diu longum vivas cum Coniuge, amore,
 Prole, salute, opibus, pace, & honore fruens.

* Cunrad. Rittershusius Commentar. in Salvianum, pag. 294. Illud quoq; constat, ut olim
 ὀμφαλὸν γῆς Delphos dixere, sic Germaniæ qua-
 si Umbilicum & meditullium esse norimber-
 gam nostram, quam non solum ὀμφαλὸν sed et-
 jam ὀφθαλμὸν Γερμανίας rectè appellaverimus.

M. Elias Major P. L. C. Gymnasi
 Vratislaviensis Rector & Professor,
 cæterarumq; ibidem scholarum
 Inspector

XXI.

Nulla salus Solis, nam cum cecidère juvantem
 Inveniunt nullum, qui lapsos erigat, ergò

C 2

Cœ-

Cœlebs qui lapsum metuit, qui aduersa, puellam
Eligat in sociam sibi fata sinistra ferentem,
Quæ pia, quæ foveat Sponsum, redamare nec unquam
Desinat, ô faustum cui talis contigit uxor:
Est talis quoque SPONSA recens pietate corusca,
Quæ solamen erit NEONYMPHO aduersa timentî.
Gratulor ex animo VOBIS, thalamumq; quietum
Esse precor, Vestri semper renoventur amores.

scrib. Breslæ

M. Joachimus Pollio ad D. Mar. Magdal. Diaconus, & Collegij B. Mariæ, quod est Lipsiæ, Collegiatus.

XXII.

S Cilicet HUBRIGI studiorum illa inclyta fama,
Quam peperit virtus, cura, laborq; vigil,
Non modo SUPREMI præclarum IN PRINCIPIS AULA
Te fecit PATRIÆ; terra sed exterior.
Nunc vocat, ut sponsam, cui commendavit, ab arte
Ingenij ob dotes Te Venus alma suum,
Fortunante Deo, deducas: Ergo beatum
Te voco ob hanc spartam, gratulor & meritò.
Te discedentem saluum reducemq; SUSANNAM
MARGARIDEM pariter seruet JOVA tuam:
SCHMIDT MEIRINA velut faber igneo amore laboret,
Te juncto humanum quo fabricetur opus.
Crescat ut inde DEI sic gloria, & alta resurget
Spes vestri generis, laus, Vigor, atq; Decus.

Amoris & honoris ergò
applaud. Dn. Adfini

Johannes Jordan, Ecclesiæ Magdal.
apud Bresl. Diaconus.

Dic,

XXIII.

Dic, HUBRIGE, Tibi qui consilioior autor
 Principis, an rectè consulis ipse Tibi?
 Ni faxis, sublecta fides Tua forte putetur:
 Anne aliis, qui non utilis ipse sibi?
 Atque vide mihi, quæso, ruant quæ tempora? numquis
 Nunc isthinc quamquam, ut tu Tibi, ducat amans,
 Quis sumtus? quæ inter-per quanta pericla-capedo?
 Optima sitque; sat his fit Tua Sponsa gravis:
 Sed Tu macte bonis sic ausibus! ille fidelis,
 ille fuit perstans, qui id Tibi suasit, amor.
 Hoc ego, & hoc alius; Princeps hoc imò probabit
 Et non tam pulchrum præcipitabis iter

*Honorif. & faust. congrat ergol. m.
 que facieb.*

Johann Blaufus Advoc. Cur. Duc.
 & Reipub. Wratifsl. Ordin.

XXIV.

OMnia dum nostro Vernali tempore vident
 Floridulum Thalamum NORICA Sponsa parat.
 Sit thalamo præsens DEUS optimus, Optima præstet
 Sponse, Tibi, socium, jam subiture, torum.
 Illuxere dies felices: dicere vota
 Fas quibus, & mage nil dat meae Musa tibi.

Gratulabatur

Johannes Turbio Archidiaconus
 Olsnensis

XXV.

INtentas miror, magnum, Hubrigi, quod in oras
 Tot fidas vitam, Marte fremente, tuam!

Est magnum! Patria populosum Slesiacum omne
 Sic muliebri genus deseruisse favens;
 Hinc sortem, an fato, an fervore furentis amoris,
 Elegisse Tibi, sentio, difficilem.
 Quomodo namq; abeas, quando redeas, quoq; ducas
 Sponsam Schmidmajrin: trina pericla subis.
 Sed quorsum! intentasse jurat quid sapius ausu;
 Jam sequere, hoc fatum quod tua fors q; trahit!
 Provida cum fato fieri connubia certum;
 Nunc fato quod sint haec tua, crede, pari;
 Terralicet, ceu Norinberga atq; ampla Budorgis
 Vos diversa aluit; jam tamen unica alet;
 Longa per intervalla quidem disjungere vosmet
 Terra morata fuit dissita, non sed Amor;
 Nubens Rebecca atq; Isaac regione per oras
 Distabant longas, unijt utrosq; thorus.
 Ergo Sponsa velut Rebecca haec tuta per omnes
 Ad Sponsum Isaacum est ducta vias, comite;
 Sic Susannam Margretham nunc Sponsus, Hubrigi;
 Adducas Sponsam per loca longa tibi:
 Utq; abeas, thalamum subeas, redeas quoq; tutus,
 Distantis propter multa pericla via;
 Amborum gressus conamine & omine lato
 Succedant, opto, concomitante Deo;
 Sed Celsi cum Bernstadij jam Principis aula
 Stes à consiliis, grator honore novo,
 Ut Tibi abundet consilium & benedictio Isaaci
 Semper, consilium sit Deus ipse, precor;
 Osculo ut, absq; mora, sponsa flagrante fruaris,
 Sospes & exultans ito, redito, Vale.

hoc ad finem & amico adfectu prociuctum
 Sponsi comitatur

Marcus Gerhardus, I. P. Breslae.
 6. Junij. Epochâ 1637.

XXVI.

Ad Clarissimum Virum

Dn. JOHANNEM HUBRIGIUM, SPON-
SUM, Illustrissimi Monstberg. in Silesia
Principis, PROREGIS Silesiæ, novum
CONSILIARIUM.

EGregiâ methodo tua, SPONSE, negotia tractas,
Isthac clementi præmoderante DEO.
Prima fuit *Sacræ* THEMIDOS tibi cura, reclusum
Cujus habes pectus juraque aperta, catus.
Post placuit solerti externas Visere terras,
Absolvisti iter hoc tum quoque sine cato.
Ast ubi perventum Patriæ est ad limina sedis,
Ex merito aggredieris munia digna tuo.
Hæc mox subsequitur solamen dulce laborum
Dum venit in thalamum Nympha pudica tuum.
Ultimum adhuc restat, præstandum forte sequenti
Anno, auctæ prolis quò Pater esse queas.
Sit methodus felix isthac, prosperrima sunt,
Munus, sic voveo, Conjugiumque novum.

Ita bene ominans

f.

Jeremias Thierenberger Illustr. Judi-
cij Provincial. nec non & Reipub.
Olsnens. notarius.

XXVII.

VIRO

Clarissimo Præstantissimo & Literalissimo,
Dn. JOHANNI HUBRIGIO, J. U. C.

Duce Deo

NOR INBERGAM

iter adornanti;

ibidemq;
Numine Favente
paulò post nuptias celebraturo
cum

Nobili & Lectissima Virgine

SUSANNA MARGARITA SCHMIED-
MEIERIA.

Sit sua Magneti vis commendata! peritis
Naturæ nondum sat manifesta viris
ScaL. Exer. Qua ferrum ad sese mirando ducere tractu
131. Sect. 1. Creditur, aut ferri vimagis Ipse trahi
Non tamen æquanda est hæc Vis Magnetis amori,
Qui duo Sponsorum pectora juncta tenet,
Nam licet ampla loci distantia distrahat illos,
Aut mora fors resides ancipitesq; ferat:
Mens tamen una manet, promissusq; Unus amantes
Usq; trahit Sponsos, non violandus Amor.
HUBRIGI, Themidos nitidissima Gemmula, tanti
Testis amoris ades, SPONSA QUE testis adest.
Et trahis, & traheris; trahitur, trahit Illa vicissim
Dum disjuncta diu corpora jungat amor,
Id benè pacta fides, id casti Præses amoris
Urget, & huc tendit, quod meditaris iter.
Ito DEI ductu, quo Te trahit inclutus ardor
Conatus turbent nulla pericla pios.
Fac desiderii sit tandem Clausula felix,
Sis junctus Sponsæ juncta sit ILLA Tibi
Sorte sed optatâ, Thalamo benedicat ab alto
Sancta Trias pellat noxia, fausta ferat.
Quo benè Conjunctæ non disjungare, sed hujus
Juncturæ capias commoda mille. VALE.

faustæ gratulat. e. accinebat

M. Melchior Meling Illustr. Schol. Olsn. Rector

ARA CONCORDIÆ.

Castus Amor, Veneranda Fides sibi Vendicat Aram
 Quæque suam, Roseo nostri sub tegmine Templi
 Nunc age descende è rutilis CONCORDIA Cælis,
 Digna coli propria, ceu Diva benignior ara
 Ut sol exoriens dispellit nubila, sic tu
 In niveo dirimis subitanea jurgia lecto
 Irradians totum concordii lumine tectum
 Grata etiam faciens cœlesti Numine coram
 Vota, tuas fundit quæ sponsus & Uxor ad aras
 Nec quem pœniteat thalami sensisse labores,
 Dum tu sollicitos dubias solaris in horas
 Et forti tolerare jubes incommoda mente,
 Seu dolor invisus, seu dira calumnia vexet.
 Exit namque procul Furia omnis, & omnis Erinny
 Indivisa comes lecti Concordia si tu
 Subservis Fidei, & casto famularis Amori
 Concors Diva novum blando quoque lumine Templum
 Aspice, conjugibus semper placanda futuris
 Ut veniat facilis thorus, & sine lite marita.

Observantia ergo adscribebat

Jacobus Hoij Gente Scotus, Natione Borussus. p. t. Pastor Miloviensis.

Tandem, qui vidit celebres Hubrigius urbes,
 Compositâ patriam mente revisit humum.
 Tandem consistit prudens, secumq; moratur,
 Moribus & cultum se satis arte ratus.
 Est nota compositæ mentis potuisse reverti,
 Ac aliud patrio postposuisse solo.

*Consistit? Cur it repetitum Noridos urbem?
Non urbs, sed suadet Norica Nympha viam,
Istam Bernstadias deducere Sponsus in oras
Vult individuam Conjugij Sociam.
Non Peregrinantem Sponsa deductio signat:
Est habitaturi significatus Heri.
I comitante DEO, Sponsus conjungere Sponsæ,
Et felix ad Nos i comitante DEO
I, Te tracta trahunt crebrò suspiria Sponsæ,
Sponse: redi, ceptum Te trahit officium.
Nempe tua virtutis honor, doctrinaq, nostro
Te faciunt etiam consuluisse Duci.
Gratulor Officij delatum grandis honorem
Ad quod Te dignum dia Pronæa legit.
Gratulor invictum Sponsæ præstantis amorem,
Uxorem Tibi quam cœlica Fata dabunt.
Non patrio memorata solo tua debuit esse
Sponsa, sed in Franca Noride nata Nurus.
Absq̃ue Dei Fato nulli junguntur amantes:
Fatalis res est Uxor & Officium.
Sis, ut es, Officij carus re Principis aula:
Sis, ut es, Uxori carus, ut illa Tibi.
Sic honor & proles non deërit carior & res:
Ne desit, carus sis, ut es, usq, DEO.*

Henricus Closius in illustri
Bernstadiâ Schol. Rector.

XXX.

JOCUS

Ad CL. Dn. Sponsum

SEra quidem tua Sponsa venit tibi Sponse, sed illa
Sat citò Sponsa venit, quæ satis apta venit:

Sponsa

Sponsa sat apta venit tibi, nil nocet esse moratum,
 Serò captus amor cautior esse solet.
 Sat tua Sponsa moram sat compensabit abundè,
 Si facit autumnno te redeunte Patrem :
 Autumnno faciet tua te redeunte Parentem
 Et porrò has repetet chara SUSANNA vices,
 Auguror, augurio sed ne quid defuat, adde
 Strenuus huc operam tu quoque SPONSE tuam.
 Scande torum, & licitis amplexibus excipe sponsam,
 Quæ tibi præterea sint facienda, scies,
 Sic erit, autumnno ut convivium garrula matrum
 Hùc redeunte Pater sponse quotannis agas;
 Interea cunas fieri curato, novasque
 Naniolas puero psallere disce, Vale.

Johannes Albinus Chambô- Pala-
tinus Ecclesiastes Grosgrabæus.

XXXI.

PRòvida Dextra DEI mirè conjungit Amantes,
 Interdum longis climasi dis-que sitos,
 Factum sacralocis testatur Paginam multis;
 Exemplo firmas Clare vir ipse tuo.
 Qui Themidos Corclum Pro-regi Slesidos oræ
 Consiliis gaudes fidus adesse tuis :
 Dum tibi confocias ex Noridos Urbe { Puellam,
 { Maritam,
 Qua nuruum rosa, lux, gemmarum seminat :
 Cui Sais ingenium fabricavit, Suada labellum :
 Noridos Urbs verè Palladis est fabrica.
 Sit felix, quod agis, quod ages, Hubrige Polite ;
 Ad finem pergant Cepta probata bonum.
 Vos, rectum lectum PAR, salvo crure reducat,
 Etherio cinctos, JHVA, satellitio ;

*Ambos, qui mirè conjunxit Pronubus Auspex,
Vitali longùm porrò serenet ope;
Exhilaret placido fidos in amore quotannis
Vivatis gemmis vos rosulisq; tori;
Margaris in nitidis, inquam, Sufisque tenellis,
Quæ referant matrem; qui referantq; patrem;
Dent Patriæ Crues olim, cultisq; Lyceis
Discipulos, tandem Municipēs q; Polo.*
*Pax sit HVbrige, tibi, sVsanne MargarIDIqVe
Sponsa, Vita; rosas Congenerate pares.*

DE NORINBERGA

in Triangularibus:

PALLADIS FABRICA

Nobiliss. Dn. Sponso, Breslam nuper transeunti,
boni omnis ergo adfundebar.

CHRISTOPHORUS SCHWARTZBACH

P. L. C. Wrat. ad D. M. Magd. Sch.
Collega prim. & Biblioth.

XXXII.

SPonse, decus patriæ, mens est tibi visere Sponsam,
Quam tibi percelebris noricaberga dabit.
Carmine quid referam? cumulent tua munera AMICI
Ut possint tædas condecorare tuas.
Quod possum facio, pro te sacra numina supplex
Ut tibi fortunent hæc tua cæpta, precor.
Sit comes Omnipotens, thalami sit Rector, & ipse
Te ducat, revehat! sic benè cedit opus.

festin. deproper.

Johan. Kiflerus Diac.
Eccl. Vielg.

NOBL-

XXXIII.

NOBILIBUS FATO CONJUGIBUS

Dn. JOHANNI HUBRIGIO & SUSANNA

MARGARETHÆ SCHMIDMEIERÆ.

Tergemino Te conjugio, triplicique coronâ
Insignem video. Numero Deus impare gaudet
Scilicet: inque Choro, Thronoque, Thoroque coruscat
Hubrigi, eximij, proles generosa, Parentis,
Et Themidos solers cultor, Tua Gloria; Christus,
Inclytus & Patriæ Princeps, & pronuba Juno
Quam conferre Tibi satagit, queis fœdere sacro
Jungeris, & *Sponsam* te præstas ritè duobus.
Ast Te Sponsa suum meditatatur, Tertia, Sponsum,
Ad nutus exulta tuos, & ad illud, ad illud,
Quod Venus in lecto suadet, promptissima Juno.
Dî faveant cæptis his connubialibus, atque
Mutua concordi constringant pectora nexu,
Prole beent thalamum: seros & duret in annos
Vester Amor, conturbet hyems quem nulla, nec æstas.
Hæc voti Summa est. Deus ô, Deus annue voto.

Sic sincero adfectu gratulab.

ANDREAS RINGIUS Pa-
stor in Exilio.

XXXIV.

Norimberga nitens, Germanidos unio terra,
Divarum scito gaudet honore trium.
Hac sibi corruptas terras Astræa relinquens
Fatali statuit figere sede locum.
Astræa certans Pallas Jovis orta cerebro
Urbs ait, ista meo convenit ingenio.

D 3

Tertia

*Tertia ait, sociam me vobis jungite dignam,
 Constituam trigam Diva ego nata mari.
 Pallados, Astrææ, HUBRIGI, decus, atq; Diones,
 Norimbergæ tibi prodiga fundit opes.
 Pallas amica animum sapienti nutriit arte;
 Alta Astræa tibi noscere jura dedit.
 Nunc Venus alma Viro dignos meditat ur amores,
 Dum venit in thalamum Norica Virgo tuum.*
*HOC AGE, prudenter Francôis utere donis,
 Ne vel paniteat muneris inde Deas.
 Palladis Astrææq; decus memorabile debes
 Et Patriæ statui, Principibusq; viris.
 Quæ supere est, partem sibi poscit Franca Dione,
 Quæ tibi concedit munera tanta foris.
 SPONDE virum præsta te, privis consule rebus,
 Pullulet ut nostro Norica planta solo,
 Donec nascatur felicibus hybrida signis,
 Ex Patre Silesius, Matreq; Francus homo.*
 fudit

CHRISTOPHORUS COLERUS.

XXXV.

Οἷς θεοπέσιω δόσει
 εἰδήσας κραδίᾳ κένδ' ἀλόχῃ τύχην,
 Ἡ χερσὶν δέδιεν θεὸν
 καὶ πῖσει σέβεται καὶ φρεσὶν ἐμπέδοις,
 ἥπερ ἢ περὶ τῆς αἰεὶ
 Ἄιδῆς κῆρ μέλει, πᾶσ' ἀγαθοῖς φίλης,
 Ἡ νημερτέα ῥήματα
 βάσει, καὶ συγχεί ψευδῶ ἀτάδαλον,
 Οὗτος τέτμεν ἀληθείας
 Ἰησοῦρον, πρόφρεσιν πᾶσιν ἐράσιμον

Οὗτ

Οὐτ' ἄπειν πὸς ὑπέρπερ
 Κόσμοιο κτεάνων θελξινόων πέλει
 Τοῖσ' τὸν πόρε καὶ θεῶ
 Θεσσαυρόν νοερῶ, νυμφίε, σοὶ χάρις,
 Δησῶ, μάρμαρον ἔννευ,
 Κέρην, εὐσεβίη δαμονίη δοτήν,
 Ἦν ἔμφρων ἄλοχον ῥημῆς
 Λεκτὴν σῆς κραδίης τέρψιν ἰδ' ἠδονήν,
 Κέρην εἰδ' ἀρετῆς
 καὶ πάσις ἀρεταῖς καλὰ κεκασμένην.
 Κέρην, τὴν μεμελημένην
 Ὀρθῆ ῥητροσωή καὶ διδαχῆ θεῶ.
 Κέρην, μάρμαρον ἔννολον
 Ὀρμῆ σῆς πρὸ Φροσιν ἤθεσι.
 Τῶν σῆς σιγή σιγήδομαι
 Δάρε θεσπέσιε, Κύριε νυμφίε.
 Ἀρχὴ τῶν θαλάμῃ θεῶ
 Σφῶϊν νῦν ὀρέγοι χεῖρ, ἰπαρηγόνα,
 Δὲς σύμπαντ' ἐπιτηδεῖα
 ὧν χρεῖ παρῶν ἰῶν ἀγαθῶν βίβη
 Εἰρήνης περκαλλέ
 Ἔργοις ἐσσυμένως ζῆτον ὁμόφρονε.
 Νόσφιν σφῶϊ περ δό με
 Νάιοι πάντοτ' ἔρις, θυμοβόρ' ἔν
 Κύρωσιν θεῶς ἔννομα με
 Νῦν τῶν κραδία τῆ κατῶν γηγῶς

Versio Latina ad verbum

Quisquis divino munere
 Præditam in corde honestis moribus uxorem accipit,
 Quæ Christum timet Deum
 Et fide colit & mente constante,
 Cui in corde semper
 Pudor curæ est, omnibus probis Charus

Quæ

Quæ vera verba
 Loquitur, & odit improbum mendacium,
 Hic invenit verè
 Thesaurum, sanis omnibus Charum.
 Hic totius præstantior
 Mundi opibus animum delectantibus est.
 Talem dedit & DEI
 Thesaurum sapientis, Sponse, tibi gratia,
 Nempe Margarin nobilem
 Puellam, pietati admirandæ deditam,
 Quam prudens uxorem ducis,
 Lectam cordis tui delectationem & voluptatem
 Puellam forma speciosam
 Et omnibus virtutibus ornatam,
 Puellam sollicitam
 Synceri sermonis & doctrinæ Dei.
 Puellam Margarin idoneam
 Affectibus tuis & modestis moribus.
 De hoc tibi gratulor
 Dono Divino, Domine Sponse.
 Autor Conjugij DEUS
 Vobis nunc porrigat manum auxiliatricem
 Dans omnia necessaria,
 Quibus indiget præsens bonis vita.
 Pacis perpulchræ
 In operibus ardentem vivite concordem
 Extra vestram domum
 Habitat semper lis, animivorus hospes,
 Confirma Deus votum meum
 Nunc hoc, corde puro natum,

Paulus Poliogonius Riethnorthu,
Turingus in Illustri Olsna Choro Musico
Præfectus χάρις & χάρις composui.

XXXVI.

Ut quum durateo vehi caballo
 Sergestus celerem parat per amnem,
 Securus tumido repulsus Euro
 Curvatoretegit sinuq. velum;
 Cum spes alma docet subire grata
 Terra littora, si polo gemelli
 Adsint Oebalij (jocunda Leda
 Biga,) alnumque ferant in axe lumen
 Sic quos Cyprigena dolus sagitta
 Junxit, & superum favore, remum
 Ut vita spatium per omne lentent,
 Dum tandem rapiat maligna penso
 Subtemen Lachests; favore divum
 Ha si Tyndarida lares habebunt
 Vestros, & FIDEI, & faces AMORIS,
 Felicem thalamum! remota quarent
 Sortis fata mala loca, atq. fines.
 Et hac vota sient, toro novello
 Quae fundam: Maneant Amoris ignes
 Et lumen FIDEI, manente filo
 Vitai: voveo. Rata atq. fiant.

Florentis. nov. Sponsis L. M. Q.
f.

Elias Beyer Illustr. Scholæ
Osln. Collegæ.

XXXVII.

CL. Dn. HUBRIGIO

SPONSO, S.

Conjugio nil totus habet præstantius orbis,
 Ut nos exactè dogmata sacra docent

E

Huic

Huic Paradisiaco primum Deus autor in horto,
Jussit, ut una essent pectora bina caro.
Ergo laudandus merito, Clarissime Sponse,
Hanc Tibi qui SPONSAM fædere nunc socias,
Applaudit merito populus, gratantur amici,
Musarumque Chorus carmina grata canit.
Ipse Tibi grator, reliquis mea vota lubenter
Adnectens: felix sit torus iste, precor.
Autor Conjugij, summus Regnator Olympi,
Vos liget igne pio, prole beetque domum.
Conjugibusque novis vobis felicia vitæ
Tempora concedat, captaque cuncta regat.

Debita reverentia

E. apponebat

Samuel Korenius Namsl. Sil. Col.
lega Scholæ Bernstad.

XXXVIII.

Westiget euch so wol/Nürnberg die werthe Stadt/
Herr Bräutigam/mein Freund/weil sie geböhren hat/
Euch ewre Jungfrau Braut/die nunmehr bald soll werden
Ein Ghilffin in dem Haus/ewr liebster Schatz auff Erden
War dann in Franckreich nicht/solche zu treffen an/
Zu Lyon, Orleans, Thoulouse, Tours, Roüen,
Oder zu Mont-pellir, da sonst die Damoisellen/
Gegen den Cavalliers sich courtoise stellen.
Oder zu Bourdeaux, an der Garonne Städt/
Von der Ausonius viel schreibet der Poët.
Oder zu Avignon, Marfeilles, Carcassonne,
Zu Bourges, Genff/Paris, Roschelle, Aix Narbonne?
War dann dieselbe nicht/sagt mir/in Engelland
Zu finden/weil darinn/die Damen sind bekandt/
Zu Londen sonderlich/da sonst ein grosser Handel/
Gepflogen wird allzeit/vnd ein gewünschter Wandel.

Komt ihr in Holland auch dieselb erschen nicht /
 Zu Harlem/Amsterdam/Rees/Wesel/Emmerich/
 Zu Verecht/Rotterdam/Delfft/Leiden/Sevenhusen/
 Swoll/Campen/Deventer/Gröningen/Zorn/Luchhusen/
 War sonst in Teuschland nicht / etwa ein ander Drth /
 So euch eröffnet hätt der Lieb ehliche Pfort?
 Es muste Nürnberg seyn/vor andern Drthen allen /
 Dieweil es Gott vnd euch also hat thun gefallen.
 Dann es bleibt ewig waar/ das kein Eh wird verbracht/
 Auff Erd/das sie nicht sey im Himmel vorgemacht.
 Drumb habt ihr wol gethan/das ihr so Gottes Willen/
 Mit ewrem freyen Will./Herr Bräutigam wolt erfüllen/
 Derselbe fromme Gott/geb euch zwen Ehleutein/
 Das ihr in Fried vnd Ruh/besitz ewr Ehe sein/
 Vnd das zu rechter Zeit/man möge sehen liegen/
 Den Segen vnd die Lust in einer grünen Wiegen.

Seinem viel geehrten Herrn Vetter vnd
 Bräutigam componirt das zu ewi-
 gem Memorial
 Johannes Kröner der Jünger/
 Chyrurgus.

XXXIX.

ERgo mi Frater vinclo sociare jugali?
 Ducitur in thalamos cum pia SPONSA tuos.
 Quam Pietas decorat, labor atq; domestica cura
 Ornat & ingenium, qui sedet ore color,
 Quasnam, qua so meo depromam pectore voces?
 Quae mea vota canet languida vena tibi?
 Omnia fausta precor. succedant omine dextro
 Cuncta vobis nuptis inq; thoro, inq; domo,
 Inq; thoro soboles sit plurima, copia abundans
 Inq; domo crescat pax & utrinq; vigens.

Melchior Hubrigius, Sponsi Frater.

F I N I S.

